

me examinasti & non est inuenta in me iniquitas.

A. Leuita laurencius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit. A. Gratias tibi ago. A. Laurencius bonum op.

A. Beatus LAVRENTIVS.

In II. Vespa.

A. Iocundus homo. Cum rel. Beatus vir. Ymnus Conscendat.

A. Beatus LAVRENTIVS cum in craticula supra positus ureretur ad impiissimum tirannum dixit assatus sum iam uersa & manduca nam facultates ecclesie quas requiris ad celestes thesauros manus pauperum deportauerunt.

A. In craticula martir tiburtius cum nudatis plantis su Tyburtium super prunas ardentes incederet fabiano prefecto dixit uidetur michi quod super roseos flores incedam in nomine domini